




XXI. articuli anabaptistarum Monasteriensium, per Doctorem Joannem Cochleum confutati, adjuncta ostentatione originis, ex qua defllexerunt.

<https://hdl.handle.net/1874/423857>


XXI. ARTICVLI ANABAPTISTARUM Monasteriensium, per Doctorem Ioannem Cochleum confutati, adiuncta ostensione originis, ex qua defluerunt.

APPENDIX ELEGANS, EX Epistola Petri Plateani, Marpurgi in Hassia data, quæ de Anabaptistis et de ciuitate Monasteriensi multa commemorat.

ANTVERPIÆ, IN ædibus Ioannis Steellij.

1535.

AR. XXI.

TICVLL ANABAPTJ

...

...

...

...

EX

...

...

...

...

IN

...

...

REVEREN-
DISSIMO IN CHRISTO PA-
tri ac Domino, Domino Ioanni Danti-
sco, Episcopo Culmensi &c. Ioannes
Cochleus S. P. D.



Euerendissime Pater ac Do-
mine, nisi coram expertus
fuissem ante biennium, Ra-
tisbonæ in Imperiali Princi-
pum conuentu, singularem
tuam erga studiosos quosli-
bet gratiam & humanitatem, omnino pro-
hiberet me verecūdia ad R. D. T. hunc scri-
bere libellum, quē nuper in Germanica lin-
gua propter rei nouitatem edidi, Est enim
longe inferior & stylo & argumento, q̄ vt
tantæ eruditionis eloquentiæq; & linguarū
peritiæ Præsuli digne nūcupari queat. Nun-
cupo tamē suppliciter, tua fretus bonitate,
non sane vt librum cui aliquid insit erudi-
tionis, sed velut Epistolam de nouitatibus
Germaniæ differentem, Et eam quidem ob
causam præcipue, vt intelligant inde Polo-
ni, q̄ varia & horrenda hæresum portenta,
ex vnius Lutheri scriptis, intra paucos an-
nos in Germania sint enata. Proinde non
A 2 sunt

sunt audiendi, q̄ p̄ræ barbarie nouarum hæ-
resum, Lutheri dogmata iustificare aut ex-
cusare student, oībus enim innouādi ansam
ipse dedit, licet viperea soboles non raro
nunc suū laceret atq; impugnet parentē, &
quidē iusto Dci iudicio. Quoniā ipse prior
matrem suam Ecclesiā impugnauit, & eius
vnitatē crudeli parricidio dilacerauit, atq;
in sectarū partes dissecuit. Iuste igitur pati-
tur nunc a sobole sua, quod ipse prior cōmi-
sit in matrē suā. Audio sane et Zuinglianos
& Anabaptistas alicubi tanto nunc ardere
in Lutherū odio, vt æquiore animo audiāt
iam nomē Papæ q̄ Lutheri. Nec mirū, quo-
niā Lutherus prior fundamēta iecit, nūc ve-
ro superædificātes illos impugnat, rixator
septiceps, qui plebem fluctuantem nequissi-
me circūfert omni vento doctrinæ in astu-
tia ad circumuentionē erroris, vt ait Apo-
stolus. Cuius rei breuē gustū & experimen-
tū iste dabit libellus. Reuerendiss. itaq; D.
tuā suppliciter oro, vt gratiose in bonā par-
tē accipiat hanc meā opellā, qua vobis Po-
lonis a Lutherico nequitix fermento semp
cauendū, sicut hæctenus fœliciter cauistis,
nō sine causa, p̄pter quorundā machinatio-
nes, reuerēter admoneo. Bene vale Præsul
ornatiss. Ex Dresda. 5. Cal. Maij. 1534.

ANABAPTISTARVM

Articulus primus.

*Maiorem Ecclesiam & omnia quæ cultus di-
uinus dicuntur, deuitare.*

COCHLEVS. Hæc utiq; diabolica est doctrina, per quam diuinus cultus in publicis templis impediatur, & omnis generis hæreses in priuatis angulis disseminetur.

Vnde ait Christus: Qui male operatur, odit Ioã. 30

lucem. Hanc vero doctrinam acceperunt in-

fœlices Anabaptistæ a Luthero, qui iam vl-

tra .XII. annos docuit, Tempora & Mona-

steria simul cum omnibus quæ in ipsis fiunt

& geruntur, esse meras laruas & facies An-

tichristi. Qui & Bullas atq; indulgētias edi-

dit omnibus qui ad hoc conantur, & in hoc

exponunt corpus facultatesq; & honorem

vt deuasentur Episcopatus, & Episcopos

rum regimē deleatur. Quos & dilectos vult

esse filios Dei & veros christianos. Atq; etiã

nuper nondum elapsis sex mensibus scripsit

Huiusmodi nidos glirium, Monasteria scili-

cet, digna esse, vt sic ædificentur & conser-

uentur quod nō maneat lapis super lapidē.

Nec vllam eis in rusticorū tumultu iniuriã

factam esse, nisi hanc vnicam quod remanse-

runt adhuc lapides aliqui & vestigia ibi.

Si ergo castigari debent Anabaptistæ ob id

quod deuitant tempora & Monasteria, mul-

Luth. cō
tra Catha
rinum

Idem cō
tra statu
eccle.

Idem in
parua re
spōsione

cōtra du
cē Geor.

ANABAP. ART. II.

to magis puniri debet Lutherus, qui ea iur-
bet non solum deuitare, sed etiam destruere
ac delere. Quemadmodum & sæpe factita-
runt sectatores eius.

ARTICVLVS II.

*Similiter & Chrisma atq; uniuersa quæ bene-
dictionibus consecrantur, Qualia sunt aqua bene-
dicta, palma, candelæ, &c.*

CO. Hæc quoq; diabolica est doctri-
na, contra sacram scripturâ vtriusq; Testa-
menti. In veteri enim Testamēto benedic-
bantur & consecrabantur non solum homi-
nes, vtpote sacerdotes, Leuitæ, Nazarei &c.
verumetiam oleum, vinum, panes, cinis &c.
Et in nouo Testamēto Christus ipse bene-
dixit nō solum discipulos suos, dum in cœ-
lum ascenderet, & panem in Eucharistiæ sa-
cramento, verumetiā quinq; panes hordea-
ceos, quibus circiter quinq; milia virorum
satiavit. Et Paulus docet, Omnem creaturâ
esse bonam, & sanctificari per verbum Dei
& orationē. Docet item ad benedictiones
dicere Amen. Eiusmodi vero benedictio-
nes audire Diabolus nō sustinet, sed sugge-
rit apostolis suis vt eiusmodi cuncta abro-
gent. Id quod per Lutherū iam pridem fa-
ctum est, dum sectatores eius blasphema im-
pietate sacro chrismate & sancto oleo cal-
ceos

Exod. 18.

29. & 30

Leuit. 8

& 24

Nu. 6. 19.

Lu. 24

Mat. 26

Mar. 6

1. Tim. 4.

1. Cor. 14.

ANABAP. ART: III.

teos suos inunxerunt, aut penitus concul-
cauerunt pedibus, fontemq; baptismatis be-
nedictum & aquam benedictam effuderunt,
benedictos cercos, herbas, sal, candelas &c.
irriserunt: abrogarunt ac prohibuerunt de ce-
tero talia benedici: miseros infantes absq;
sancto oleo & chrismate, simplici aqua, in-
derisum & contemptum catholicæ Eccle-
siæ baptizauerunt. Necdum abierunt men-
ses quatuor, quando Lutherus publico scri-
pto cunctos sacerdotum & Episcoporum
sacros ordines sceleratissime reprobauit, &
sacrum chrisma foetidum rancidūq; oleum
vocauit. Si ergo puniri debēt Anabaptistę,
qui ab eiusmodi benedictis & consecratis
rebus abstinent & eas deuitant, multo ius-
tius puniri debet Lutherus, qui & illos, &
sectatores suos talia docuit & facere iussit,
atq; etiam opere scelestissime contra eas ce-
remonias egit.

*Luthe. de
missa an-
gulari;*

ARTICVLVS III.

*Magnum Balaam supra sacerdotis manus &
caput ac alibi non inspicere.*

CO. Hæc horrenda blasphemia origi-
naliter temporibus his nostris prouenit ex
Lutheri Captiuitate Babylonica, in qua sa-
cram negat transsubstantiationē, & docet
panem remanere panem, & vinum vinum,

ANABAP. ART. IIII.

in missa, tam post q̄ ante consecrationem.
Etiam vltra XIII. annos hunc errorem po-
pulis inculcauit, ac nuper in libro contra
Missas angulares (vt vocat) scelerato men-
dacio scripsit, Papistas quoq; ita dicere, Pa-
nis es, panis manebis. Quod si ita esset, nō
male facerent Anabaptiste, quod talem pa-
nem non habent pro corpore Christi, neq;
volunt eum venerari aut inspicere. Quum
vero hæresis ista in plærisq; Conciliis intra
CCCC. annos, & a beatis Episcopis Am-
brosio & Augustino, ante M. C. annos,
condemnata sit, neq; Lutherus, neq; Ana-
baptista possunt in hoc errore suo coram
Deo excusari.

ARTICVLVS IIII.

Nec ulterius audire missas.

CO. Et hunc quoq; errorem affert secum
præclarus ille liber de Captiuitate Babylo-
nica. Et postea in plærisq; aliis libris & ser-
monibus a Luthero corroboratus & adau-
ctus est, donec ipsemet tandem ingenue ac
manifeste falsus est, in horrêdo ac scelerato
libro, quē de Missis angularibus nuper in-
scripsit, quod Diabolus eiusmodi argumen-

Vide sep-
ticipitem
cap. 24

ta contra missas inspirauerit & suggesterit
sibi. Prius vero q̄ cum Diabolo plusquam
vnū (vt iactitat) frustū salis comedit, ac sese
in or

ANABAP. ART. V.

In organum & instrumentū illi dedit, celebravit et ipse missas, et summe laudabat eas: ac vehemēter conquerebatur in expositione decem præceptorū, cōtra Diabolū, quod & sanctissimum istud sacrificiū missæ nō dimiserit nobis purum & liquidū, sed per avaritiam septem aureis missis contaminaverit. Scribebat item, nullum esse dubiū, quin orationes quæ in Missa pro animabus in Purgatorio existentibus fiunt, eis plurimū pro sint et vtilēs existant. Quare ipse simul cum vniuersis sectatoribus suis inexcusabiles coram Deo erunt, vtpote proprio iudicio cōdemnati. Vnde multa nimirum milia simplicium hominum, qui per eum seducti non sponte errant, contra illum in extremo iudicio coram Deo & sanctis angelis vindictā clamabūt, quemadmodū & infœlices Anabaptistæ, quos ipse primum suscitauit ac scelerate seduxit, vltionem et culpam sempiternam aduersus eum proponent ac lugubriter clamitabunt. Et Deus omnem sanguinē eorum ex eius nimirum manibus requiret, sicut ait Propheta.

Ezech. 3.
et. 34.

ARTICVLVS V.

Toti mundo abrenunciare.

CO. Si hic de incredulo duntaxat mundo loqueretur, de quo sepe loquitur scriptu

ANABAP. ART. V,

1. Iam. 2.
Gal. 6.

ra. Et Christus ipse Ioan. 7. 14. 15. &c. recte
quidē loquerentur. Quoniā Ioannes quoq;
ait: Nolite diligere mundū. Et Paulus: Mi-
hi, inquit, mūdus crucifixus est, & ego mun-
do &c. Si vero per mundum hic intelligūt
ecclesiam generalem & catholicam, quę cū
Papa in fide consentit, iniuste profecto lo-
quūtur, sicut & cæteri hæretici. Sed & hæc
verborum pompam ac vanam gloriā a Lu-
thero didicerunt. Sic enim ait in Captiuitate
Babylonica, cum incepturus esset diabo-
licam suam oppugnationem contra Missas
Rem arduam & quam forte sit impossibile
conuelli, aggredior, vt quę tanto sæculorū
vfu firmata, omniūq; consensu probata, sic
infederit, vt necesse sit maiorē partem libro-
rum qui hodie regnant, & pene vniuersam
Ecclesiarum faciem tolli & mutari, peni-
tusq; aliud genus ceremoniarū induci, seu
potius reduci. Et adhuc pomposius loqui-
tur in præfatione scelerati libri de abrogan-
da Missa, dum ait: Ea enim certitudine & a-
ducia tentandum est quod præstitistis, vt
non modo totius mundi iudicia, pro foliis
leuibus & summis aristis habeamus, sed &
armati simus in morte, aduersus portas infe-
rorum, quinetiā aduersus iudicium tentan-
tis Dei pugnare, & cum Iacob contra Deū
præ-

ANABAP. ART. VI.

præualere &c. At contra pompofas huius
 modi præfumptiones ait fcriptura: Ne inni-
 taris tuæ prudentiæ. Et Esaias: Væ vobis *Prou. 3.*
 qui prudentes eftis apud vosmetipfos. Et *Efa. 5.*
 Paulus: Tu autem fide fta, noli altum fape: *Rom. 1.*
 re, fed time. etc.

ARTICVLVS VI.

*Cum impijs non negociari, non conuerfari, non
 emere nec uendere, non falutare nec honorare.*

CO. Si per impios velint hic intelligi
 hæreticos & excommunicatos, recte loque-
 rentur, iuxta autoritatem & facræ fcripturæ
 & vtriusq; iuris. Si vero per impios intelli-
 gunt Chriftianos catholicos, qui in antiqua
 fide Ecclefiæ cum Papa sentiunt, loquuntur
 ficut ceteri hæretici et apoftrate, Et idipfum
 quoq; a Lutheranis didicerunt, qui nos im-
 pios tota die agnominant, contra omnem
 fcripturam, contra omne ius, honeftatem et
 difciplinam, ex immenfa fuperbia & volun-
 taria malitia. Cõtra quod ait ad Romanos
 Paulus: Tu quis es qui iudicas alienum fer-
 uum? Et Chriftus in Euangelio: *Matth. 7.* Nolite iu-
 dicare, et non iudicabimi. At nos catholici
 et antiquæ fidei Chriftiani, fic vitare debe-
 remus vniuerfos hæreticos, quemadmodũ
 facra fcriptura, et ius vtrumq; præcipit, vt
 per verecundiam et confufionem eo citius
 reuer

ANABAP. ART. VII.

reuerterentur ad generalem Ecclesiam & catholicam vnitatem, sicut Paulus docet. Quoniam vero in hoc negligentes sumus, permittit Deus, vt hæretici faciant nobis, quod nos illis facere debebamus.

Tit. 3.
1. Cor. 5.
2. Thes. 3.

ARTICVLVS VII.

Sabbato computum facere, ac residuum inter fratres christianos huius sectæ diuidere.

CO. Hic est prætextus & fucus, per quæ egena plebs ad eiusmodi nouitatem trahitur tanquam ad vitam vere Euangelicam, & Apostolicam, de qua Act. 2. et. 4. scriptum est. Verum cū tempore haud secus ibi continget quā contingere solet apud Lutheranos alicubi cum generali Cista, vbi concionatores & distributores optimam partem sibi reseruant, egenis vero tribuunt pro libitu suo. Et intra breue tempus perquam multi futuri essent Ananiæ & Saphiræ in eiusmodi vita. Si quis autem reuera huiusmodi vitam et bonorum communionem inire cupit aut desyderat, is potest se recipere ac dedere in Monasterium aliquod, vbi reperiet eiusmodi vitam ordinate ac stabiler institutam, vbi nulla personarum dicere potest, hoc est meum seu mihi proprium. Proinde nulla est necessitas, propter hunc articulum, desiciendi ab Ecclesia catholica, & nouam erigeno

ANABAP. ART. VIII.

erigendi sectam, sicut faciunt sectarum duces ex mera superbia & vana gloria, vt per hoc notum ac celebre reddant nomen suum.

ARTICVLVS VIII.

Nulli potestati obedire.

CO. Hoc est contra Christum, Petrum, Paulum, & vniuersam scripturam: item contra omne ius, honestatem, pacem et disciplinam. Christus ait: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris. Petrus: Subiecti estote omni creaturæ. etc. Paulus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et vtrumque ius iubet obedire Romano Pontifici, et Imperatori. Neque potest honesta, pacifica, ciuilis aut disciplinata cõuersatio mortalium conseruari, vbi non est legitima potestas et maiestas. Iam omnes clamant aduersus infœlices Anabaptistas, propter hunc maxime articulum, sicut reuera maxime reprehensibilis et intolerabilis existit. At nemo vult considerare, quod articulus iste non ab ipsis, sed a Luthero primum processit et in lucem publice datus est, antequam de Anabaptistis quicquam sciebamus. Lutherus enim in libro de sæculari potestate ante vni decim aut duodecim annos claris verbis et dixit et scripsit hanc sententiam: Inter Christia

ANABAP. ART. VIII

stianos (inquit) nulla debet aut potest esse
 superioritas, sed vnusquisq; alteri æquali-
 ter subiectus est, sicut Paulus ait Roma.
 12. Vnusquisq; alterū pro superiore teneat.
 Et Petrus, 1. Pe. 5. Cuncti sitis inuicem sub-
 iecti. Hoc & Christus vult Luc. 14. Quan-
 do inuitatus fueris ad nuptias, sede in infi-
 mo loco. Inter Christianos nulla est supe-
 rioritas nisi Christus ipse & solus &c. Hæc
 sane Lutheri verba multo sunt apertiora et
 scripturis melius colorata q̄ Anabaptistæ
 articulus. Adhuc tamen vsq; adeo stultus
 ac cæcus est mundus, vt eandem sententiã
 & in Luthero laudet & in Anabaptistis vi-
 tuperet: cum tamen reuera Lutheri culpa,
 malitia & nequitia multo maior ac reprehē-
 sibilior sit q̄ est miserorum simpliciumq; &
 male per Lutherum seductorū Anabapti-
 starum. Lutherus enim primus talia docuit
 et in publicum scriptis disseminauit, falsiq;
 scripturæ sacræ interpretationibus fucauit.
 Paulus enim non sic habet, sicut citat eum
 Lutherus. De quo etiam ad propriam Lu-
 theri translationē prouoco. Neq; in Petro
 inuenitur, sicut ipse dicit, multo minus in
 Euangelio. Vterq; enim locus de humilita-
 te, non de superioritate aut regimine ibi lo-
 quitur et quidem expressis verbis. Quapro-
 pter

ANABAP. ART. IX.

pter multo durius corripiendus esset in hoc articulo Lutherus quam Anabaptistę, si recto iudicio ageretur. Lutherus enim supra centum milia rusticorū per eiusmodi dicta in seditionem ac sempiternū interitum con- citauit, & vniuersos præterea Suermeros et nouas sectas. Quod certe non potest sic im- putari Anabaptistis.

ARTICVLVS IX.

Die Dominica oportet homines huius sectę in modum crucis iacere super ventrem, Tunc Prædi- cator eorum multas habet proprias ceremonias & aquas, quibus consecrantur.

CO. Hic est vere histrionicus ludus et improbum præstigium Diaboli, quo vete- res catholicę Ecclesię ritus (quos sancti pa- tres per spiritum sanctum instituerunt atq; induxerunt) culpabili præuaricatione per superbiam et inobedientiam reiiciantur, no- uiq; et carnales ritus ac ceremoniæ (de qui- bus sacrę literę et sancti Patres nihil sciunt) propter vanam gloriam et proprii nominis notitiam, ex propria prudentia excogiten- tur et inducantur, ad abducendum populū simplicem per nouas præstigias ex vnitae catholicę Ecclesię in schismata atq; in se- ctas perditionis. Etenim de iacendo super ventrem nihil habet scriptura, sed indicat
vere

ANABAP. ART. IX.

Geñ. 17. vere bonos et deuotos homines Abraham,
 ec. 19. Loth, Iacob, Iosue, Dauid, etc. in facie pro-
 Jos. 5. et 7. Quemadmodum et Euangelium de domi-
 1. Reg. 20. no et saluatore nostro Christo Iesu testatur
 Matt. 26. quod in monte Oliueti prociderit in facie
 Luc. 17. suam orans. Sicut et leprosus ille decimus,
 qui Samaritanus erat, a Domino mundatus
 cecidit in faciem ante pedes eius, gratias a-
 gens, etc. At nouus iste ritus adinuentio ni-
 mirum est illius, de quo scriptura dicit: For-
 titudo eius in lumbis eius. Et virtus illius
 in umbilico ventris eius. Et placet eius mo-
 di hominibus, qui dicunt, Conglutinatus est
 in terra venter noster. De quibus Paulus
 flens dicit quod sint inimici Crucis Christi,
 quorum finis interitus, quorum deus Ven-
 ter est, et gloria in confusione ipsorum &c.
 Quod autem sint inimici Christi, manifeste
 factis indicant, dum ubique ex templis, Mo-
 nasteriisque & sacellis, Cruces & imagines
 Crucifixi abripiunt, diffecant, exurunt &c.
 Atque etiam in campis & publicis viis Cru-
 ces ex erectis truncis & arboribus rapiunt.
 Id quod a Luthero prius didicerunt, & ab
 eius sectatoribus per sepe fieri viderunt.

ARTICVLVS X.

Opor

ANABAP. ART. XI:

Oportet fratres sectæ huius abrenunciare & non tenere, quod Deus humanam naturam de Maria assumpserit.

CO. Huc finaliter tendebat nouorum prophetarū spiritus, hostis ille humane salutis, cuius inuidia mors in mundū introiuit, vt ait scriptura. Sap. 2. Cū itaq; Christus p veram passionem suā in humana natura (in diuina enim natura ab æterno impassibilis et immortalis existit) mortem deuicerit, et humanum genus redemerit, dolet hoc infesto et inuido Diabolo. Vellet proinde id impedire, dum proponit quod Deus nō sit homo factus. Quo sane breui dicto vniuersam fidem Christianam subvertere ac funditus extirpare molitur. Contra hoc autē sufficit nobis vnicum illud testimonium Ioannis Euangelistæ, vbi ait: Deus erat verbum, et verbum caro factum est. Quamuis vero Lutherus hunc barbarum articulum in suis scriptis (quantum mihi constat) non habeat, scandalum tamen et ansam illis ad eum porrexit, quando contra Latomū scelerato mendacio scripsit, quod optimi Doctores ecclesiæ, et S. Hieronymus non receperunt nec recipere voluerūt hoc vocabulum Homouision, per quod Ecclesia catholica cōtra Arrianam hæresim fatetur quod

ANABAP. ART. XI.

Christus sit vere & substantialiter Deus, hominibus patri, hoc est, unius & eiusdem substantiæ seu essentiæ cum Deo patre. Cū vero vocabulum istud in sacris literis non habeatur, & Lutherus nihil vellet recipere nisi sacram scripturam, dicebat: Anima mea odit hoc vocabulum. Hic sequebātur Suermeri dicentes: Christus non verus Deus sed magnus quidā propheta fuit. Hic error infixus adhuc tenetur per Diaboli potestatem (quæ extra Ecclesiam habet super omnes hæreticos & infideles) cordibus insanæ ac errandæ plebis, vt nequeant credere ac tenere quod Deus sit factus homo. Hoc originaliter acceptum referre possunt Luthero, tanquam primæ origini & auctori omnium errorū, & sempiterni interitus eorum.

ARTICVLVS XI.

*Nemo debet prædicare publice ante tempus
Paganorum.*

Matth. 10 CO. Hoc est contra Euangeliū Christi, vbi ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Quemadmodū & ad Annā Pontificē dicebat: Ego palam locutus sum mundo: Ego semper docui in synagoga & templo, quo omnes Iudæi conueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Sed ita est vt ipse
Do.

ANABAP. ART. XII.

Dominus alibi dicit: Qui male agit, odit lu^{Ioan. 3.}
 cē. Quapropter nihil boni ab angularibus
 prædicatoribus est, quemadmodū experiē-
 tia docet. Oriūtur inde Cryptici, Adamiti,
 Vualdenses, fratres hortenses, & miseri ho-
 mines eo erroris prolabantur, vt obliuiscā-
 tur tandem Dei, & omnis pudoris & hone-
 statis, atq; in eiusmodi vitia corruūt, quæ ci-
 tra verecundiam neq; scribi neq; dici pos-
 sunt. Ad eiusmodi vero prædicationes an-
 gulares magnā dedit ansam Lutheri nouū
 Testamentum, per quod homines publicas
 Ecclesiæ conciones posthabebāt, cum con-
 temptu veterum & Catholicorum concio-
 natorum atq; doctorum, legentes domi in
 angulis filiis & familiis suis deprauatū Lu-
 theri Euangelium.

ARTICVLVS XII.

*Cum fidelibus & rebaptizatis noua contrabe-
 re matrimonia.*

CO. Eiusmodi incommoditas & dissolu-
 tio coniugiorū, vulgo sequitur in omnibus
 sectis & schismatibus, quando discordia in
 fide inter coniuges oritur. Si enim Christo ^{2. Cor. 11}
 (cui p baptismū desponsati ac spiritualiter ^{Eph. 1. et. 5}
 copulati sunt, vt Paulus docet) neq; fidem
 neq; fidelitatē seruāt, deficientes a catholica
 Ecclesia, quæ corpus & vnica Columba ac

ANABAP. ART. XII.

Luthe, de
cap. ba. &
in sermone
de Hieru-
salem.

Sponsa Christi est, pro leui nimirum reputat peccato, si a suo deficiat conthorali. Quandoquidē ex Lutheri doctrina discunt, Matrimonium non esse sacramentū, et audiunt ab eo, quod propter Euangelium debeant relinquere domum, vxorēq; & liberos, quia Deus bene redditurus sit ipsis alias domos, vxoresq; & liberos.

ARTICVLVS XIII.

Mulieres fideles debent maritos suos, qui credunt, dominos uocare.

CO. Hoc verbum, qui credunt, insinuat quod mulieres huius sectæ viros suos, qui huius sectæ non sunt, dominos vocare non debeant, tanquā non teneātur amplius maritis suis infidelibus (vt dicunt) obedire. Atq; ita quarunt causas ad dissensiones & separationes, & discedunt a probis maritis suis, sub prætextu Euangelij, atq; discurrūt in angulos ad fratres suos hortenses, maximo cum dolore & calamitate miserorū coniugum, quos cū paruulis liberis domi relinquunt, adiguntq; eos ad infamiam perditionemq; & interitum domestici status.

ARTICVLVS XIII.

Omnes serui & ancillæ qui soluti sunt, non debent inire coniugium cum paganis, nec ulli pagano seruire, sed fidelibus tantum.

Co.

ANABAP. ART. XIII

CO. Miseri homines isti vocant nos paganos, tanquam nondum baptizati simus, quandoquidē baptismum paruulorum pro nihilo reputant, & nos omnes dum paruuli essemus baptizati sumus. Nos autem euidenter ostendere possumus ex S. Dionysio (qui a Paulo conuersus, Mariam Dei genitricē, Petrum, Ioannem, & alios Apostolos corporaliter in carne vidit) & ex magno Pontifice & martyre Cypriano, q̄ baptismus paruulorum vsq̄ ab initio in Ecclesia semper fuit, & valuit, ac pro legitimo habitus est, quemadmodū & Christus ipse dicit: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me. &c. Sed infelices homines isti, hunc quoq̄ periculosum barbaricum & horrendum errorem hauserunt (sicut & ceteros) ex Lutheri scriptis, & perniciosis libris, in quibus sacramēta diminuit, et soli fidei omnia tribuit, quēadmodū articuli eius quos Leo Papa. X. damnauit, indicāt. In primo enim ait, Hæreticam esse sententiam, q̄ sacramentum legis dent gratiam &c. Et in secundo sic dicit: In puero post baptismū negare remanens peccatum, est Paulum & Christū simul cōculcare. Contra hos articulos ego duos bene longos iam olim scripsi libros, vnum de gratia sacramento, alterū de ba-

*Ecclesiast.
hierar. c.
7. in fine*

*Cyp. lib. 3
epist. 8
Matth. 19*

ANABAP. ART. XIII.

ptismo paruulorum, in quo ostendi Luthē
rū hac in re magis barbarū crudeliorēq; esse
infanticidā, q̄ Pharaō, Medea, & Herodes
fuerunt. Ad quod sane crimen sibi sic obie
ctum in hanc vsq; diem nihil respōdit. Con
tra primum vero librum, in quo dicebā par
uulos per baptismum gratiam & salutē con
sequi, quamuis nondum credāt, quando ad
baptismum deferūtur. Quando quidē non
dum habent vsum rationis ad credendum
fide propria, aut ad sciendum quid Christia
nus homo credere debeat etc. Lutherus ita
respōdit. Quin asserimus paruulos prorsus
non esse baptizādos, si verum est, eos in ba
ptismo non credere &c. Ante hęc Lutheri
verba nihil prorsus de Rebaptizatoribus,
aut Anabaptistis neotericis audiuius aut
nouimus, verū paulo post exorti sunt. Scri
ptura enim clare testatur, q̄ paruuli distan
tiam boni ac mali ignorent, Deut. 1. & ne
sciant quid sit inter dextram & sinistra suā,
Iong. 4. Ineuitaliter itaq; sequitur, aut Lu
theri doctrinam esse falsam de sola fide, aut
paruulorum baptismum reprobandū esse.
De quo sane prouoco ad eruditos & Vni
uersitates quascunq;. Nunc ad propositum.
Articulus iste seditiosus est & publicę paci
intolerabilis, cunctisq; Christianis cōtume

Luthe. ad
uersus Co
clicum.

ANABAP. ART. XV.

liosus. Adhæc & contra scripturas Petri & 1. Pet. 2.
Pauli, quæ nequaquã sic prohibēt seruire etiã Col. 3.
veris paganis, multo minns prohibent seruire Ephe. 6.
uire nobis baptizatis Christianis.

ARTICVLVS XV.

Nullus Christianus regnare debet super paganos.

CO. Hæc quoq; stultitia ex Lutheri libris
procedit, quemadmodũ supra ex parte ostẽ
sum est, quia non vult sæcularem potestatem
Christianã esse. Et in tertio libello de rusti
cis sic ait: Dicta scripturæ de misericordia
loquẽtia, pertinent ad regnum Dei et inter
Christianos, nõ ad sæculare regnũ. Christia
nus enim non solum debet esse misericors,
sed & omnia pati debet, rapinas, incendia,
cædes, diabolum & infernum. Taceo, q; vl
lum hominem deberet percutere, occidere,
& vlli talionem reddere. At sæculare regnũ
quod nihil aliud est q; diuine ire minister su
per malos, & verus percussor inferni et mor
tis æternæ, non debet esse misericors, sed ri
gidum, seuerum & iracundum, in suo offi
cio & opere &c. Ex his sequitur articulus
iste, contra vtrũq; ius & vtrũq; Testamentũ
in quibus sæcularis potestas inter Christia
nos & fideles admitta est, quemadmodum
& sancti doctores Ambrosius, Augustinus
Gregorius &c. docent & admittunt.

Christ

ARTICVLVS XVI.

Christiani debent omnia relinquere officia quæ non sunt legitima.

CO. Articulus iste bene admittitur, vt sonat, nisi occulte sublit malus intellectus, in hoc verbo, Non legitima, si forsitan quædã officia vocitent illegitima, quæ alias a quibuscunq; in catholica Ecclesia pro legitimis habentur.

ARTICVLVS XVII.

Legitima quoq; officia debent suos deponere abusus.

CO. Et hic quoq; bonus est articulus, si non admisceatur ei falsus intellectus, quem admodum Lutherus multos proponit abusus, veluti de sacrificio Missæ, de Exequiis mortuorum, de dedicationibus Ecclesiarum, de benedictionibus salis, aquæ, placentarum &c. Quæ reuera abusus nõ sunt, nec dici debent.

ARTICVLVS XVIII.

Nullus Christianus debet usuras aut redditus dare aut accipere.

CO. De usuris quidem recte dicunt, de redditibus vero non recte. Redditus enim neq; in scripturis neq; vlllo in iure prohibiti sunt. Reperimus enim quod magnus ille patriarcha & Christi typus Ioseph, cõparauit regi Pharaoni redditus in tota terra Ægypti,

ANABAP. ART. XIX

pti, atq; etiam sacerdotibus redditus dedit.
 Insuper & Christus ipse dixit, dum de cen-
 sibus interrogaretur, Date Cæsari quæ sunt
 Cæsaris. Et Paulus: Reddite (inquit) omni-
 bus debita, cui tributum, tributum: cui ve-
 ctigal, vectigal &c.

Matth. 22

Rom. 13

ARTICVLVS XIX.

Postremo loco fit sermo, & post eius finem ad-
 hortatio, ut crescant & multiplicentur ac reple-
 ant terram.

CO. Ad eiusmodi nuptias caninas abu-
 tuntur homines miseri, diuina illa benedi-
 ctione: Crescite & multiplicamini. Quod
 profecto totū profluit ex pura doctrina & *Luthe. de*
 euangelica castitate Lutheri, qua docuit an- *uita contra*
 te XII. annos, in hæc verba: Sicut in pote- *galii*
 state mea non stat, quod sim mas, ita etiam
 nō stat apud me, quod sine muliere sim. Nō
 est enim liberi arbitrii aut cōsiliij, sed res ne-
 cessaria & naturalis, vt omne quod est mas
 habeat fœminam, & omne quod est fœmi-
 na habeat marem. Hoc enim verbum quo
 Deus ait, Crescite & multiplicamini, nō est
 mandatum, sed plusq̄ mandatum, nempe
 opus diuinum, quod nō consistit in potesta-
 te nostra ad cauendum aut ad omittendum
 illud. Sed tam necessarium est q̄ quod ego
 mas sum, et magis necessarium q̄ edere et bi-
 bere

C

ANABAP. ART. XIX

bere, q̄ scire & expuere, q̄ dormire & vi-
 gilare &c. Quātum vero impudicitiae in iu-
 uentute intra .XII. annos ex hac doctrina
 ortum sit, nemo satis eloqui possit. Viden-
 tur nunc alicubi pueri XIII. aut XV. an-
 norum in clara luce manifeste in lupanaria
 currere. Et a virginibus quibusdam tam im-
 pudica & obscena audiuntur, vt etiam ado-
 lescentes et adulti super iis erubescāt. Atq̄
 alicubi vsq̄ adeo cecidit omnis pudor, vt
 virgines dixerint ad iuuenes, vna ad unum
 Venitauriza me. Contra hanc Lutheri do-
 ctrinā ego in libello de causis matrimoniali-
 bus ita respōdi. Hoc verbum, crescite &c.
 dixit Deus etiam ad volucres & pisces Ge-
 ne. 1. Quod tamen non impedit nec abster-
 ret nos, ne bonas auiculas includamus in
 caueas solitarias, die & anno, absq̄ huius-
 modi opere multiplicationis, quæ & dulci-
 ter & hilariter cantant, posteaq̄ captiuita-
 ti sunt assuetæ, & de tali necessitate multipli-
 candi nihil omnino queruntur. Similiter &
 lucij & carpones conseruantur in viuariis
 absq̄ illo opere. Vt summe profecto admi-
 randum sit, quomodo aures Christianæ tam
 caninam, immo plusquā caninam doctrinā
 audire queant. Nam ne canibus quidē sem-
 per permittitur eiusmodi opus multiplican-
 di per

ANABAP. ART. XX:

di perficere. Verum quidem est, quod deus
p̄ illa verba tū hominibus tū ceteris animā-
tibus virtutē ac potentiā implātauit, qua se
multiplicare queāt. Sed inter oportet & po-
test, ingens & lata est differentia. Hæc ibi

ARTICVLVS XX.

*St quis rebaptizatorū habeat uxorem qua reba-
ptizari non vult, aut si qua rebaptizatarum uirum
habeat qui nolit rebaptizari, debent separari ab
inuicem, & aliud inire matrimonium.*

CO. Hoc manifeste repugnat Euāgelio
Mat. 5. et. 19. vbi Christus ait: Quicūq; dimi-
serit vxorem suā, excepta fornicatiōis cau-
sa, facit eam mœchari, & q̄ dimissam duxe-
rit, adulterat. Sic & Paulus ait: His autē qui
matrimonio iūcti sunt, præcipio nō ego sed
dominus, vxorē a viro nō discedere. Quod
si discesserit, manere in nuptiā, aut viro suo
reconciliari. Et vir vxorē suā non dimittat
&c. In hoc itaq; articulo Anabaptistę ad-
uersantur Luthero. Lutherus enī de vita cō-
iuga. ait: Matrimonium est res externa & cor-
poralis, sicut ceterę mūdangē negociationes
Quēadmodū igitur potest aliquis cū paga-
no, Iudeo, turca, heretico, edere, bibere, ire,
dormire, mercari, & agere: ita & matrimo-
niū cū eo contrahere, & cū eo permanere in

ANABAP. ART. XXI

coniugio potest. &c. Verum catholica Ecclesia vadit inter vtrūq; errorem, per mediū via regia, neq; ad dextram, neq; ad sinistra declinans: et vult, vt Christianus nō contrahat matrimoniū cum infidelibus et non baptizatis, neq; item cū hæreticis. Si vero inter coniuges alter eorū fit hæreticus, nō debet ppter ea dissolui matrimoniū, neq; licet cū alio contrahere. Qua de re ego ad longū disputavi, & X. errores Lutheri circa hoc reprobavi in libello de causis matrimonialibus, quæ oīa hic referre nimis longū foret.

ARTICVLVS XXI

*Fertur, & ita esse compertum habetur, qd Ana-
baptista intra Monasterium cuidam propriam so-
rorem germanam in matrimonium tradiderunt.*

Cō. Et hæc quoq; barbaries ex Lutheri doctrina profluit. Primum, quod Lutherus nihil recipit nisi sacram scripturam. Iam nusquam reperitur vel in Euangelio vel in Paulo, prohibitum esse, ne quis sororē suā in vxorem ducat. Deinde, quod Lutherus contra ordinationem et prohibitionem catholicæ Ecclesiæ admittit et licitum facit, alicui in vxorem ducere sui fratris aut sororis filiam. Vult item, quod fratrum et sororum filij possint licite cōtrahere, pie et christiane

*Luthe. de
causis ma-
rimonial.
et lib. de ui-
ta cōiuga.*

ANABAP. ART. XXI

stiane. &c. Ecclesia vero catholica hoc totum reprobrat, ordinationemq; constituit, quousq; licitum sit matrimonium inter cognatos cōtrahere. Primum quidem in septimum vsq; gradum prohibuit, Deinde vero per Innocētium Papam huius nominis tertium in Concilio Lateranēsi relaxauit vsq; ad gradum quartū inclusiue. Quamuis autē leges Imperiales permetterēt fratrum et sororum filios filiasq; adinuicē copulari, Augustinus tamē scribit, q; expertus sit in cōnubiis consobrinarū, etiam suis temporibus propter gradū propinquitatis fraterno gradui proximū, q̄ raro per mores fiebat, quod fieri p̄ leges licebat, quia id nec diuina prohibuit, et nondū prohibuerat lex humana. Nam quod fiebat cum cōsobrina, pene cū sorore fieri videbatur, quia ipsi inter se propter tam propinquā cōsanguinitatē, fratres vocātur, et pene germani sunt. Hęc Augustinus. Et mox post Augustini tempora in Concilio Agathensi sic decretum et constitutum legitur. De incestis cōiunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos vero nullo conjugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est.

*Ex. de Cōs
sang. et af.
c. Nō deb.*

*Aug. de ci
ui. dei, lib.
15. c. 16*

*Cōcil. Agath.
c. 61*

CONCLUSIO.

C 3

Ex

CONCLUSIO.

Ex his vnusquisq; facile cognoscet, Ana-
 baptistas aliosq; Suermeros & sectarum du-
 ces neq; extingui neq; extirpari posse q̄diu
 hæretici libri Lutheri non fuerint extincti,
 & extirpati. Ipsi enī sunt stirps & radix vn-
 de tales fructus quotānis crescūt, quotquot
 demetūtur, nō prodest amputasse q̄diu inte-
 gra permanet radix, ex qua alii succrescere
 possunt. Vt mihi nō dissimile videatur eius
 modi bellum Principū aduersus seditiosos
 Suermeros & Anabaptistas, a putatione sa-
 licum, vnde agricolę semp tenera salicū vir-
 gulta conquirūt, q̄diu stirps antiqua aut ra-
 dix integra aut salua pmanet. Lutheri enī
 doctrina vtiq; radix illa est de qua Moyses
 Deut. 29. & Paulus Heb. 12. loquūtur, dicē-
 tes, Videte nequa radix amaritudinis sur-
 sum germinās impediāt, & p illā inquinētur
 multi. Deus æternus det gratiā suā, vt radix
 ista extirpetur, aut saltem ab omni veneno
 & amaritudine mūdetur & expurgetur, ne
 vltterius germinet sursum, ac maiora damna
 (vti verendū est) afferat q̄ vnquam antea.
 Quēadmodū Christus in Euāgelio Mat. 12.
 nos admonet, ne nouissima fiāt peiora prio-
 ribus. Ira enim Dei nō vult irrideri vsq; in
 finē. Si tarde venit, eo grauius tanget ac pu-
 niet, nisi caulam iræ amoueamus.

FINIS.

APPENDIX ELEGANS

ex Epistola Petri Plateani, Marpurgi
in Hassia data, quæ de Anabaptistis
& de ciuitate Monasteriensi
multa commemorat.



PUBLICI motus hic nulli
sunt, licet expectatione eorum
omniū sint animi suspensi, præ-
terquam Anabaptistarum. Ho-
rum enim pestilentissima secta

Westphaliæ urbem Monasterium flagrare
etiam isthic auditum vobis esse credo. Pau-
lo enim plusculū quam annus est, cum ibi
Christi Euangelium synceriter primum, vt
videbatur, doceri est cœptum, sed qui do-
cendo ei propositi erant, homines plane ar-
rogantes atq; hæretici, statim initio de Eue-
charistia ^{oude p' v' r' y' i' e' s} sentiebāt. Confluxerūt *Id est, nihil*
autem eo velut ad nouum asylum, quicūq; *sane*
Anabaptistarū in Germania inferiore nusq;
ferri potuerunt. Hi primum modesti, & tan-
quam propter Christi Euangelium, pro-
priis sedibus exturbati, hospitio & Chri-
stiana misericordiā videbantur digni. Pe-
stilentes autem isti Doctores & hos con-
uenas sibi adiungentes, & miserorum ci-
uium

APPENDIX.

uium in perditam sectam non exiguum mē-
merum pertrahentes, tandem se aperiuunt,
sed arte et pedetentim. Primum simulantes
se de paruulorum baptismo ambigere.

Itaq; progressi (crudeli misericordia con-
niuente Senatu) ad hæc scelerata et nefaria
profecerunt. Primum enim armis decerta-
re parati, forum occuparunt, Magistratum
omni administratione priuarunt. Christia-
ni, licet numero essent superiores, pugnam
tamē sunt detestati: siue quod crudele illis
videretur, ferrum in ciuium viscera stringe-
re, siue quod Episcopo dare occasionē oc-
cupandæ vr̄bis nōllent. Habebat enim is et
equitatum et peditatū proxime vr̄bem ex-
peditum, specie quidē quasi opem laturus
Christianis, si intromitteretur. Reuera autē
putatur vr̄bis voluisse potiri.

Paucorum igitur dierum induciis ægre a-
seditiosis impetratis, plurimi ciuium cœle-
stem iram infœlici videntes imminere pa-
triæ, sponte exulatum abierunt. His primū
res suas exportare pmissum, nisi siquid escu-
lentum aut poculentum esset. Horū enim
adeo nihil efferri sunt passi, vt mulieribus
quibusdam, quæ agmen infantium partim
fere

APPENDIX.

ferebant in vlnis, partim ad manus trahebant, vascula ceruicia plena, qua fatigatos in itinere paruulos recreaturam videbantur, adimerent, ipsorumq; e manibus infantium panes triticeos, quos eis moesta matres vel ad solatium, vel etiam ad leniendam famem dederant, raperent.

Paucis post diebus eos qui suae sectae non erant, prius in hostilem modum spoliatos, ad vnum omnes exegerunt, nihil eis suarum rerum relinquentes, nisi siquam vestem non omnino bonam fuissent induti. Adeo, vt *Co* + *Remedia* ralia & hoc genus + amuleta infantibus *qua* pueris detraxerint, Nec conuitiis in abeun *paruulis* tes temperatum, gentes & impios vocitan *appendi* tibus eos, ipsis terq; quaterq; impiis ac sa *solent con* crilegis, intra horam pleriq; vrbe excede *tra ueneste* re sunt iussi. Spiritum enim testificari, Gen *cia.* tes & impios neci dedendos.

Quidam e schola nostra, illuc Hebraica docturus erat missus. Eum raptum in forum circumstetit concio furiosorum, iubens prophetas, spiritus de eo sententiam edere. Responderunt, frustulatim disseccandum, Traditum enim Satanæ, Effectumq; habuisset cruentum oraculum, nisi quorundam beneficio, quibus aut mentis adhuc paululum erat reliquum, aut mitiore damone agitabatur, suppli

APPENDIX.

cio fuisset subtractus, ac fugere permissus?
 Alteri, quem ante aliquot menses eodē
 miserat Princeps noster, vt Euangelij veri-
 tatem contra istos assereret, idem supplicium
 sanguinarius hic spiritus decreuit. Sed in ci-
 sternam quandam a mulieribus demissus,
 biduum & hominum crudelitatem & men-
 dacem hunc spiritum latuit, tandemq; fuga
 elapsus salutem repperit.

Ita exturbatis omnibus, siue qui ex sa-
 cerdotibus, Monachis & populo, Papæ de-
 creta sequuntur, siue qui contra hoc Euan-
 gelium se profiteri dicunt, vrbē ciues Ana-
 baptista cum peregrina colluie eiusdē se-
 ctæ obtinēt. Domus pulcherrimas Canonis-
 corū & primorū ciuium, qui vel sponte pro-
 fugerunt, vel sunt ciecti, habitandas de-
 derunt rusticis & fugitiuis conuenis.

Episcopus vero iam plus mensem vias
 omnes obsidet, auxilia prohibiturus & cō-
 meatus, Episcopo vero auxilia mittunt &
 instrumenta bellica Princeps noster, Iulia-
 censis & Coloniensis, Episcopi præterea
 Westphaliæ. Sed cum hæc scriberem, certo
 nuntio didici, plus minus CCC. mercena-
 rios milites euasisse in vrbem, nec quicquā
 prohibente Episcopo. Imo plariscq; partiū
 Episcopi casis, nonnullis in vrbem raptis,
 quo

APPENDIX.

quorum capita mox præcisa, in muris spectaculo proposuerint. Idem exitus (quantum ego coniicio) miseris manet, qui agricolarum fuit in Franckenhausen, nisi quod deuota morti turba multa moritura non videatur. Putatur autem, si omnia Episcopum defecerint, Princeps noster cum aliis eo exercitum ducturus.

Vrbs est & natura satis, & arte egregie munita. Aquam habet, quam auertere haud facile fuerit. Ipsa in planicie sita, colles nullos habet vicinos, quos hostis possit insidere. Arbores omnes & ædificiorum quod extra muros erat, demoliti dicuntur. Est præterea foederata cum liberis maritimis et Saxonibus vrribus, ut nisi causa obstaret, auxilia ei defutura non essent. Nunc vero, an hominum sit satis habitura ad propugnandum ambigitur. Nam commeatu ad tollerandam obsidionem, & pecunia in stipendia militum (si quos haberent) ex ciuium spoiliis eos abundare certum est. Et hic quidem status est vrbs sane nobilis & opulenta, digna quæ meliorem fato, nisi Dei iudicia accusare nefas esset ac impium.

Decreta etiam quædam sceleratissime factionis, licet & scribenti mihi & tibi legenti animus cohorrescet, tamen pro singulari

APPENDIX.

meo in te amore libet narrare.

Carnem Dominum nostrum Iesum Christum negant sumplisse ex virgine Maria, ut Ecclesia iam non sit, iuxta Apostolum Paulum, caro de carne Christi, & os de osibus eius.

Baptismū Ecclesiæ idololatriam & Deum aquaticum vocant.

Eucharistiam magis etiam blasphemāt, magnum Deum Baal & Deum rotundum vocantes. Hunc nos deuorare, hunc etiam cacare, ore sacrilego publicitus pro concione audent proloqui.

Sacramento suos adigunt, ne magistratibus pareant, neue conciones alias quā suorum prophetarū audiant, neue mysteria efferāt, neue gentiū (hoc est, reliquorum hominū) commercio vtantur, iis ne salutem dicant, neue si ipsi sit dicta, reddant.

Conuentus secretos & plerumque nocturnos agunt, ad quos nemo nisi initiatus admittitur.

Initiati statim spiritu corripūtur, a quo incitati, bacchantes vicitim discurrunt more vaticinantium, vltimum sæculi diem, aut simile horrendum quiddam denunciantes. Vanæ tamen hæcenus omnes eorum fuerunt prædictiones. Nec tamen eos vanitatis

APPENDIX:

tis & mendacis pudet. Aiunt enim sanctorum (hoc est suorum) precibus exoratum diuinitatem, mala quæ mundo imminebant, differre.

Libros oēs exurunt, indignantes, se ab alio quàm ab ipso spiritu doctos videri. Sunt autem in vrbe aliquot non ignobiles Bibliothecæ, quas miserum est ab execranda secula hoc modo aboleri.

Viro rebaptizato, si vxor Anabaptismū recusauerit, ille & suam eam esse vxorē, & communes liberos suos esse negat, aliamque statim ducit. Eadēque viri est, si mulier fuerit rebaptizata, cōditio. Parui enim liberi semper ei relinquuntur, qui rebaptizari renuit.

Cœnobium est virginū, quod trās aquas vocatur, id Bernardus Romam Archiana baptista, sabbato quodā cum suis prophetis ingressus, certiores facit virgines, eadem nocte, quæ esset futura, inter sabbatum & dominicū diē, locum illum, diuinitus subuertendum, haud secus atque olim subuersæ fuissent Sodoma & Gomorra cum reliquis ciuitatibus suis, fugerent itaque, siquæ essent quæ se saluas vellent. Trepidatum est anxie inter pauidas puellas. Iuniores oēs, sarcinulas colligere, & fuga euadere tam propinquum interitum properant. Vetulæ quædā

APPENDIX.

& primores virgines, vanitate spreta infan-
 norum prophetarum, perstiterunt in Cœ-
 nobio. Senatus & excubias disposuit, ne
 fraude aliqua igne iniecto, furiosi oraculum
 suum verum facerent. Permanfit Mona-
 sterium, permanetq; in hodiernum vsq; di-
 em. Virgines vero, quæ diffugerāt, ab Ana-
 baptistis hospitio exceptæ, reuera sunt sub-
 uersæ. Plæræq; enim rebaptizatae sunt.

Erat autem inter eas quedam, Dorothea
 nomine, nobili & vetere familia orta. Ad
 hanc, domum reduccendam, pater Iohan-
 vonder Reck, quum eas turbas audisset,
 vxorem misit & alteram filiam virginem.
 Quibus etiã ipsis mens a Pseudopphetis
 excantata est, & rebaptizata, māslerunt Mo-
 nasterij. Senex tandem frustra diu expecta-
 tas sequitur, multisq; precibus & blandi-
 mentis colloquio earum vix impetrato. Ita
 infit vxor, Iohan vonder Reck, si baptiza-
 ri vis, ad nos accede. Sin aliter es animatus,
 tu meus maritus nō es. Et filia. Nec noster
 (inquiunt) es pater. Itaq; infœlix a suis spre-
 tus & reiectus, animo confusus, multumq;
 lachrymans, solus domum rediit.

Rebaptizati sua omnia in medium con-
 ferunt, Senatum ex sua fece crearunt. Verū
 non magistratum, sed rerum Ecclesiæ ad-
 ministros

APPENDIX:

ministros volunt esse. Voluerunt duodecim legere Apostolos, id quibusdam inep-
tius. (vt erat) visum, omissum est. Vestes
quoq; consuerant lineas, sanguineisq; gla-
diis pinxerant, iis in concionem tanquam
cælo demissis prodituri fuerāt Pseudopro-
phetæ, ad terrorem incutiendum plebi. Id
quoq; re prolata a fœmina quadam, que cū
cæteris vestes confecerat, discussum est.

Dauentriæ cum a Magistratu delectus
haberetur, & auxilia contra seditiosos Mo-
nasterienses conscripturi essent, plus. ccccc.
reperiti sunt qui se contra fratres suos arma
non capturos profiterentur. Itaq; ipsa re
fit palam, mali huius contagium opinione
serpssisse longius, vt verèdum sit, nisi statim
oppressa fuerit exitialis coniuratio, ne lu-
dum iocumq; dicamus fuisse bellum Ru-
sticum. Hi enim & ad pereundū & ad per-
dendum ex æquo ad vtrunq; sunt parati.
Aiuntq; adesse tandem tempus, quo mun-
dus sanguine debeat baptizari.

Dum me longius tenet narratio de Ana-
baptistis, Epistolæ modū sum egressus, sed
hæc tamē meā confabulationē tibi nō inui-
cundam certo scio. Vale. Marpurgi VIII.
Calen. Aprilis. M. D. XXXIII.

Petrus Plateanus

DE VENERATIONE ET

Inuocatione Sanctorum, ac de honorandis
eorum reliquiis, aduersus Lutheranos,
breuis Assertio.

PROLOGVS.

EMerferunt quidam, sub pretextu Euangelij
& umbraculo ueritatis, falsa dogmata disse-
minantes, conturbantesq; orbem Christianũ,
tranquillitatẽ Reipublicæ Christianæ, & fidei syn-
ceritatẽ. Qui sanè impudenter nimis, ne dicam im-
pie, imprimis asseuerat, duos, cœli incolas & Chri-
sti coheredes, non esse uenerandos & colendos.

Tres par-
tes huius
tractatus.

Deinde Diuorũ opem & patrociniũ nihili faci-
unt, & quod consequens est, postremo reliquias fa-
stidiunt & subsannant. Atq; hæc quidem patrare
nõ reformidant contra ecclesiæ consuetudinẽ, tan-
to tẽporum interuallo cõfirmatam, cõtra sanctorũ
patrũ testimonia, cõtra sacræ scripturæ genuinam
& ueram intelligentiam. Ego ut illorũ fraudulen-
tis & pueris conatibus obsistam, corrogavi ali-
quot auctoritates ex locupletissimo penu sacrarũ
literarũ, qbus obteclus, aduersariorũ tela, partim
in ipsos hagiomasligas, hoc est, diuorũ calumnia-
tores retorqueam, partim à Christiano grege &
orthodoxæ fidei cultoribus propellam.

¶ Pars prima De ueneratione sanctorũ.

Tu ne igitur (ut tecum congregiar, insane diuorum
irrisor) illum esse uenerandum negabis, quem pater
cœlestis honorificat? assertor noster Christus apud
Ioannẽ. 12. ait. Si quis mihi ministrauerit, honorifi-
cabit

caabit eum pater meus. Diuos qui Christum imitati sunt, qui Christo ministrauerunt, qui animam suam in hoc mundo oderunt, ut in uitam aeternam custodirent, pater caelestis honorat, & tu honore priuas? Christus ministris suis honorificationem pollicetur, tu diuos iam cum Christo sine fine regnatos, ab honore & ueneratione repellis? Animaduerte quaeso, quam bene tibi conueniat, cum promissis Christi, cum Euangelij documentis. Nonne Christus Luc. 12. sub patris familias parabola, iis ministraturum dicit, quos quos est famulis inuenerit uigilantes? & diuis in aeternam beatitudinem auctoritatis, ministerium uenerationis denegas? Audi Lucam, cuius laus in Euangelio. Beati serui illi quos, cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes, amen dico uobis, quod praecinet se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Discors plane ac ex diametro pugnant sententia inter Christum & eum qui Christiano nomine se iactat. Illic enim humilis dominus se praecinet, ut sanctis & amicis suis famuletur: hic tu pertinax diuorum contemptor, animum obfirmasti, ut sanctis & electis insultares. Illic creator a se condita creatura accubitum parat, hic creatura creatorum in sanctis suis mirabilem aspernaris. Illic redemptor transiens ministrabit, hic uesanus hominum quos honorare redemptor mandat, irrides.

Sed ais, sacra scripturae testimonia te sequuntur, isthaec opinari, scriptum esse in Matth. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues. Item in Deuteronomio. Dominum deum tuum timebis, & illi soli

Argumenta
Luthe.
Matt. 4
Deu. 6.
& 10

Act. 14 seruiet. Item Paulum & Barnabam in Lystris, honorem sibi à turba, ut sacerdote Iouis, exhibitum res-
 Apoc. 19 fugisse. Item Angelum Ioanni, ante pedes adorare uolenti, dixisse. Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, Deum adora.

Solutio Recte tu quidem hæc citas, & uera sunt quæ citas, sed uereor ne recte intelligas. Deerrant sæpe numero in sacrarum literarum uero sensu cruendo, qui ad eas tractandas illotis (quod aiunt) manibus procedunt, nempe qui literæ inherere ita solent, ut spiritum negligant, Quod & tibi accidisse facile commonstrabo. Afferis enim solum deum esse adorandum, fatemur, sub certo intelligentiæ temperamento.

Dan. 2 An non Nabuchodonosor rex Babeliam adorauerit?
 Iudith. 10 Iudith Holofernem in Conopeo sedentem?
 3. Reg. 1 Natban propheta Dauid regem?
 Iosue. 5 Iosue exercitus tenentem euaginatam gladium?
 Gene. 18 tandem Abraham (ut aliquando finiam) angelos?
 Et tu me astringes, ne citra distinctionem, citra uerum intellectus condimentum, simpliciter admittam, solum deum esse adorandum? Aut enim hic distinguas necesse est, aut sacram scripturam à se dissidere, atque secum pugnare confitearis. At quid tam absurdum, tam perniciosum esse potest nostræ religioni, quam sacrarum literarum pugnantiam & discordiam agnoscere?

Ab hoc non discrepat, quod subditur, soli sancto licet deo esse seruiendum. Paulus ait ad Timotheum.
 1. Tim. 1 Regi

Regi seculorum immortalis inuisibili soli Deo ho-
nor & gloria in secula seculorum. Ad Romanos Rom. 2
uero. Gloria & honor & pax omni operanti bonū
Iudæo primū & Græco. Viden hic eiusdem auto-
ris pugnantis sentētias? elanguescet itaq; uel Pau-
li autoritas, uel ea quæ secum pugnare uidentur,
distinctione mitiganda sunt, et diuisione leuiganda.

Quod si adorationis, si honoris distinctione
opus sit, qui fit, ut simpliciter pronūcies, quod uo-
rium & multiuigum? Cur in unum sectionis mem-
brum sic inclinas, ut alterum reicias penitus? Co-
limus & adoramus deum, ut creatorē, ut redemp-
torem, ut remuneratorem, colimus & ueneramur
diuos, tanquam diuinæ excellentiæ quodammodo
consortes. Quos sanè regius Propheta, deos uocat Psal. 81
& filios excelsos omnes. Quos Deus, præcone Pau-
lo, prædestinauit conformes fieri imagines filij sui. Rom. 8
Quos deniq; Christus per Matthæum & Marcū Matt. 12
fratres suos, sorores & matres appellat. Illud ado- Mar. 3
rationis genus Chrysostomus, Augustinus & sacro
sancta doctorum turba λατρείαν, hoc est δου-
λείαν, appellare solent, ut latrariam soli deo tribu-
imus, ita dulciam diuis & sanctis communiter im-
partimus.

Hic fortasse nares corrugabis, audito nouo
quodam prodigio recentium uocabulorum, sed mi-
hi crede, non esse octosam uocularum inuentionē,
quam sancti patres, cum ad sacrarum literarum
tenebras illustrandas, tū ad placandas quorundam
locorum

locorum discordias, salubriter & pie docuerunt.

¶ Pars secunda de Sanctorū inuocatione.

Secundo clamitas uesane mastigia, sanctorū opē non esse implorandam, tuis, nescio, an dei praesidijs
2. Cor. 3. confisus. Quod si tuis, iam Paulum lapsum fateberis dicentem. Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Quod si dei, non est excludendum sanctorum patrociniū, quippe cum deus quoq; nos per Iob hortetur, ut uocemus & ad aliquem sanctorum conuertamur. Quod ut planius intelligas, libuit hoc loco orationis futuram paulo laxius explicare. Tu ne tandem illorum opem exhibiturus es aut reiecturus, quorū preces toties ira dei restiterunt? toties manum iam fulmina parantem auerterunt? toties deum ad uindictam accinctum placarunt? Nōne Dominus loquitur ad Moysen, Dimitte me ut percutiam populum istum, & faciam te in gentem meam? Nonne Dominus dixit ut disperderet Israhelitas, si non Moses electus eius stetisset in confractioe in conspectu eius? Nonne stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio? Nonne Aaron arrepto thuribulo inter ignem arsurumq; populum medius stetit, & dei ira cessauit? Nonne (si Iacobum audias) multum ualeat deprecatio iusti assidua? Nonne Helias orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex? Nonne rursus orauit, & caelum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum? Hic Moses, Phinees & Aaron opem sensit populus Israheliticus, &

tu be

tu beatorum opem explodes? Hic Hetta intercede,
terris pluuiæ & adempta & restituta est,
& tu sanctorum interuentum inanem esse putabis?

Dices fortasse cum Vigilantio, uiuos mutuo pro
se orare posse, nullius autem demortui pro alio ex
audiendam esse orationem, atque ita Diuorum opem,
quam fusa ad deum pro nobis oratione fieri opem,
expectandam non esse. Hic tibi respondebit Hic
ronimus. Si Apostoli et martyres adhuc in corpo-
re constituti, possint orare pro cæteris, quando pro
se debent esse solliciti, quanto magis post coronas,
uictorias, & triumphos? Siquidem Stephanus imi-
tator Domini fuit et primus in Christo martyr, pro
persequentibus uiuens ueniam deprecatus sit,
nunquid postquam cum Christo esse cœperit, minus
ualebit? Paulus ducentas septuaginta sex animas
sibi adhuc uiuenti condonatas in naui testatur, at
postquam resolutus cum Christo regnat, nunquid
iam ora clausurus est? Non finit diuorum iam per-
fecta charitas, ut mortui minus aut uelint aut pos-
sint quam uiui poterant. Multum orat (in Macha-
beorum libro scribitur) pro populo & uniuersa san-
cta ciuitate Hieremias propheta dei. Ascendisse
fumum incensorum de orationibus sanctorum de ma-
nu angeli, coram deo, Apocalypsis testatur.

Rursum obmurmuras, deum scrutari corda nos-
tra, deum nosse quorum indigeamus, proinde opus
non esse, neque nobis quidem intercessoribus qui uo-
ta nostra Deo exponant, neque Deo ministris, per
quos exauditam esse orationem nostram declaret.

Cate

Obiectio
Contra Vig-
ilantium
responsio

Act. 7

Act. 27

2. Ma. ul.

Apoc. 8

Psal. 83 Cæterum quemadmodum Deus est, qui uota nostra exaudire, qui orationes implere potest. Dominus est, qui gratiam & gloriam dabit, ita quoque Dñs deus interim, neq; uotis annuit, neq; exorabilem se præstat, nisi intercedentibus diuis.

Ezech. 22 Ezechielem Dominus ait: Quæsiui de eis uirū, qui interponeret maceriam, & staret oppositus cōtra me pro terra ne dissiparem eam? Potuit utiq; Dñs non dissipare terram, attamen uirum quæsiuit, quo interpellante à dissipando remoraretur. Nonne

Iob. 42 apud Iob dicit Dominus: Iob seruus meus orabit pro uobis, faciem eius suscipiam, ut uobis non imputetur stultitia? Nonne in eodem quoq; capite dicitur, Dominus conuersus est ad pœnitentiam Iob cum ille oraret pro amicis? Orarunt haud dubie amici Iob & exauditi non sunt, orauit Iob pro amicis, & conuertit se Dominus ad petitionem eius.

In Matt. 22. de ci. Dei A deo efficax est iusti deprecatio assidua, adeo dulcis ante deum oratio (ut Chrysost. ait) quam charitas fraternitatis cōmendat, adeoq; magna sunt in terris per sanctos curatio num solatia. Sed hæc mittamus, ad tertium accedentes.

¶ Pars tertia, de reliquiis sanctorum.


Cōtra Vi gilantiū. Postremo doles (ut cum Hieronymo loquar) martyrum & cæterorum diuorū reliquias precioso operi uelamine, & non uel pannis uel cilicio colligari, uel proitici in sterquilinum. Quid te rogo reconditi sanctorum cineres offendunt, quos etiam Genes

tes, quæ deum ignorant, mouere, omninosum esse
putant? Cur ossa contemnis, quibus corpus compa- 1. Cor. 6
ginatum fuit, domicilium inhabitantis gratiæ? qui-
bus membra cohaeserunt templum spiritus sancti?
quibus olim diuina uirtute coeuntibus, redintegra-
tum corpus simul cum anima æternæ beatitudinis
particeps erit? Si animam colis, cole & corpus di-
uorum, cole membra, cole reliquias. Quod anima
nunc consequuta est, corpus olim proculdubio adi-
piscetur, surget enim (ut Paulus ait) in incorrupti- 1. Cor. 15
one, surget in gloria, surget in uirtute, surget spi-
rituale. Tu demortui patris relictam tibi uestiẽ ho Aug. de
noscificenter tractas, reuerenter induis, & ossa di- ci. Dei.
uorum suggillabis? quæ sanè hoc magis honorari
conuenit, quo præstabiliora sunt indumento. An-
nulo, quem amicus decedens è uiuis tibi legauit,
digitum non exornas, nisi chari amici imago subeo-
at, nisi dulcium uerborum memineras, nisi annulum
etiam perpetuæ amicitia pignus relictum ex oscu-
laueris, & tu in cineres diuorum nobiscum reposi-
tos mordacem iocum consinges? Linguam conquis-
natam quasi ignem deuorantem & gladium acutiũ
exeres? Quid enim sunt cineres & ossa, nisi quæ-
dam sanctorum pignora in terris relictæ? quæ &
futuram resurrectionẽ nobis promittunt, & in cor-
poris glorificationẽ spẽ nostrã erigunt. Audi pro-
phetã dicentẽ: Resurgent qui erant in monumentis. Esa. 26
Audi eundem in alio loco: Ossa nostra quasi herba Esa. 66:
germinabunt. Danielelem audi testificantem, multos Dan. 12:
exiis

ex his qui dormiunt exurrecturos in uitam aeterna
Matt. 22 nam. Audi Christum esse asserentem Deum Abra-
ham, Deum Isaac, Deum Iacob, Deum inquam non
mortuorum, sed uiuentium. Quod si ossa renitescēt
si monumentis oclusi ad uitam excitabuntur, si
Christus uiuentium Deus sit, Abraham, Isaac, &
Iacob, non ex sola anima, sed anima & corpore
coalitorum. Qui sit, ut diuorum corpora uenerat
refugis, qui ea in aeterna uita communionem esse
olim reuocanda, ex certissimis sacra scriptura te-
stimontis liquido cognoscis? sed uereor ne stupidus
or sis quàm ut hæc intelligas, aut saltem perui-
cior quàm ut intelligere uelis. Igitur orationem sta-
Iac. 5. mes, ut ad sobrietatem sapias, ne forte thesaurizes
tibi iram Dei in nouissimis diebus.

F I N I S.

Excudebat Ioan. Grapheus, Antuerpiæ
Anno à Christo nato M.D.XXXV.



Legatione generalis sine Vazze

